



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 74. Collegiorum ac Nosocomiorum bona a Senatu Regi concessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

§. LXXIV.

Sæc. XVI.

A.C 1545.

*Collegiorum ac Nosocomiorum bona* —————  
*a Senatu Regi concessa.*

Die vigesima tertia Novembris An- *Burnet. l. c.*  
 gliæ Senatus Conventum habuit, *p. 463.*  
 in quo Provinciæ Cantuariensis Clerici *Herbert hist.*  
 rursum ad biennium ex qualibet libra *Henr. VIII.*  
 Francica sex solidorum subsidium ad *Sander. de Schis. Angl.*  
 belli expensas concederunt. Sub idem *p. 213.*  
 tempus Rex a diversis Curiis facultatem  
 petiit, vi cuius Chori præfecturas, So-  
 dalitates, sacras oblationes, Missas a  
 fidelibus pro suis vel Parentum suorum  
 animabus fundatas, Nosocomia, Semi-  
 naria, Collegia, eorumque bona pro  
 suo arbitrio impendere posset; quin imo  
 ne eorum quidem redditibus erat con-  
 tentus, sed etiam horum omnium loco-  
 rum fabricas, ædes atque Ecclesias sibi  
 vendicabat, adeo, ut *jam nihil*, prout  
 inquit Sanderus, *Regi supereesse amplius in universo Regno videretur, ex quo pecuniam conflare posset, nisi aut viventium capita, aut morientium sepulcra vendere cogitaret.*

Hic tandem steterunt violentæ Re-  
 gis usurpationes. Interim Parlamen-  
 tum ad eum devolvit cuncta hæc bona,  
 desuper concessa eidem ea occupandi,  
 iisque, quamdiu placuerit, fruendi po-  
 testate: Ad honestandam vero ejus-  
*Hist. Eccles. Tom. XXXVIII,* U mo-

Sæcul. XVI. modi rapinam obtendebatur, quod hoc  
 A.C. 1545. usque Ecclesiastici horum bonorum re-  
 ditibus fuerint abusi: cum vero tam  
 crebra furta nondum Regis avaritiam  
 ullo pacto satiandam explerent, insu-  
 per eidem ingens pecuniarum summa  
 promittebatur, quo facto Parliamentum,  
 cum ea duntaxat ex caussa hunc Con-  
 ventum egisset, die vigesima quarta De-  
 cembris ad sua reverti jubebatur, prius  
 tamen Rex, qui præsens aderat, ser-  
 monem habuit, in quo præter alia hæc  
 verba proferebat: „Nunquam aliis  
 „quiscunque Rex præter me sincero  
 „magis affectu suos subditos est profe-  
 „cutus, nec etiam ullo unquam tempo-  
 „re vicissim subditi majorem erga Re-  
 „ges suos amorem testati sunt. „ His  
 addebat plures ejusmodi vanas jacta-  
 tiones, quæ etiamsi omnes veritati pe-  
 nitius adversæ essent, a populo tamen  
 non sine festiva acclamatione, ac publi-  
 co applausu excipiebantur.

## §. LXXV.

*Lutheri libellus contra Papam, &  
Theologos Lovanienses.*

*Sleid. l. 16.* Interea Lutherus pro parte sua Catho-  
*p. 529. & 524* licam Religionem editis quibusdam  
*& 540.* libellis impugnare continuabat, præpri-  
*Cochl. in act.* mis vero ineunte hoc anno Lovaniensi-  
*& script.* bus Theologis respondit, eosque tan-  
*Luth. anno* 1545. p. 311. quam